Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ta Euge dei porta que non
aperta veritatis lumen ipsum
solem iustitie indutum car-
ne ducis in orbem Virgo de-
cus mundi regina celi pre elec-
ta ut sol pulchra lunaris ut
fulgur agnosce omnes te dili-
gentes Te plenam fide vir-
ginem alme stirpis yesse nas-
cituram priores desideraverant
patres et prophete Te lignum
vite sancto rorante pneuma-
te parituram divini floris a-
migdalum signavit Gabri-
el Tu agnum regem terre
dominatorem moabytici de petra de-
serti ad montem filie syon trans-
duxisti Tuque furentem levia-
than serpentem tortuosumque et
vectem collidens dampnoso
crimine mundum exemisti.
Hunc gentium nos reliquie
tue sub cultu memorie mi-
rum in modum quem es enixa
propiciationis agnum regnan-
tem celo eternaliter devotam
ad aram mactandum mysti-

aliter Hunc manna verum
israhelitis veris veri abra-
he filiis admirantibus quon-
dam moysi quod typus fi-
gurabat iam nunc abducto
velo datur perspici ora vir-
go nos illo pane celi dignos
effici Fac fontem dulcem
quem in deserto petra demon-
stravit degustare cum sincera
fide renesque constringi lotos
in mari anguem eneum in cru-
ce speculari Fac igni sancto pa-
trisque verbo quod rubus ut fla-
ma tu portasti virgo mater
facta pecuali pelle discinctos
pedes mundis labiis cordeque
propinquare Audi nos nam
te filius nichil negans ho-
norat Salva nos ihesu pro
quibus virgo mater te orat.
Da fontem boni visere da
pure mentis oculos in te de-
figere Quo hausto sapie-
saporem vite valeat mens
intelligere Christianismi fi-
dem operibus redimire beatoque